Si decretales epistolas vlla oratione vellemus annotare: eiusq; rei laudem ⁊ vtilitatem omnibus edicere ⁊ decantare: esset profecto neq; laude dignum neq; consentaneum. Laudes etenim dicere rei per se aperta: non est dignum memoratu: si iuris consulti normam seruare volumus: quã habes in. l. i. ff. de in integ. resti. Sed quia fortasse fuere nõnulli: qui libenter ⁊ volunt ⁊ cupiũt ĩ breuiore volumine ac charactere paruo hoc opus habere ⁊ tenere: Ideo optima societas Joãnis de Colonia Nicolai Jenson sociorũq; voluit decreuitq; vt ĩ breuiore volumĩe ⁊ miore charactere hoc opus decretalium omnes legant: eiq; studeant: dabit tibi primo bene castigatum atq; elimatum: dehinc miris litteris compositum: elaboratum vero adeo: vt nihil sit: q̃d addas: aut detrahas: tãq; enim radiantes stelle inter cetera sunt ipsorũ volumina. q̃d opus rapidissime accipies si volueris id habere ac tenere: quodq; si ceperis ante omnia ⁊ tibi precipuũ: nõ tantum sũmam consequeris animi voluptatem: verumetiam maioris in dies fructus suscipies.

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/gregorIX1482/0006
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST